



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 95. Origo Ordinis Fratrum Capucinorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1526.

§. XCV.

*Origo Ordinis FF. Capucinatorum.*

*Marc. Ulyssip. in hist. Seraph. Florim. de Raym. orig. hæc. l. 7. c. 5*

Cum regularis disciplinæ vigor in Ordine Fratrum Minorum vehementer remitteret, hoc anno Christi quingentesimo vigesimo sexto supra millesimum Deus Matthæum de Bassio suscitavit, qui pristinum illius fervorem revocaret. Is natus erat in Urbinatensi Italiæ Ducatu, ac primis ætatis suæ annis ad conventum Montis - Falconis secesserat, ubi sacrum habitum Minoritarum indutus, non raro solutiorem

*Anto. Caluse annal. des Capuc. en l'an. 1525. t. 1. p. 44. & 52. Boverius in annal. Capuc. Spond. ann. 1525. n. 27.*

Fratrum suorum disciplinam deplorabat, ac vitæ rigidioris, necnon strictioris paupertatis studio accendebatur. Hujus desiderii vehementia impulsus, voce divinitus audita se admonitum credebatur, ut Regulam S. Francisci ad literam observaret. Hac voce excitatus confestim ex panno rudi, atque aspero saccum induit, haud absimilem ab ea veste, quam a viro quodam sibi frequenter apparente gestatam dicebat, demum caputium sibi confecit in acumen desinens, perinde ac si esset habitus a S. Francisco præscriptus. Ita vestitus clam suo excessit monasterio, Romamque petiit. Verum insolita ejus vestis funestas eidem vexationes accersivit; quippe vix mille

mille passibus a Conventu distabat, cum Sæcul. XVI.  
 a quibusdam scurris ejusmodi vestitum A.C. 1526.  
 deridentibus pro Histrione, ab aliis  
 vero pro versipelle ac fure habebatur,  
 quocirca unaomnes in eum infano furo-  
 re irruentes, injuriis laceffitum carceri  
 mancipabant, ex quo illum tamen eo-  
 dem ferme momento extrahebant, ve-  
 ritatis, ac patientiæ suæ exemplis ad  
 saniora revocati.

## §. XCVI.

*Matthæus de Bassio coram summo  
Pontifice.*

Post hæc Matthæus de Bassio Romam  
 delatus, ad Vaticanum contendit,  
 atque anteriora pertransiens cubicula ad  
 ipsum summi Pontificis conclave pene- *Ant. Caluse*  
 travit, a nemine, ut fertur, aut inter- *l. cit. p. 54.*  
 pellatus, aut detentus, quod tamen vix  
 credibile videtur. Utut res se habuerit,  
 id omnino certum est, quod Papa hu-  
 jus Viri conspectu attonitus, quæ pete-  
 ret, ab eo sciscitatus fuerit, ille vero  
 eidem, hæc in responsis dederit: „Bea-  
 „tissime Pater! ex Ordine Fratrum Mi-  
 „norum minimus sum Sacerdos, qui  
 „nil ardentius in votis habet, nisi ut  
 „Regulam sancti Patris mei Francisci,  
 „quam Deo omnipotenti olim voveram,  
 „ea qua potero fidelitate observem, ac  
 L 3 „juxta